

1206 juny 5. Barcelona

Pere I, rei d'Aragó, comte de Barcelona i senyor de Montpeller, estableix en favor de la ciutat de Girona i dels seus habitants que tots els actes siguin signats per un escrivà públic i siguin considerats com a autèntics entre creditors i deutors, nobles o no nobles, homes o dones. El rei es compromet a no allargar els terminis de reemborsament dels crèdits o empires. Ordena, a més, que tots els actes realitzats en temps de l'escrivà públic Ermengol siguin subscrits per Bernat Esteve, també escrivà públic. Ordena, finalment, que ningú no gosi vendre vi dins la ciutat si no n'és veí.

[A]. Original perdut.

- B. Còpia en pergami nº 4 (359 × 308 mm) conservada a l'AHCG, escrita per Arnau de Santmartí, a petició de Bernat de Vic, notari públic de Girona, autenticada pel mateix Bernat de Vic, jutge ordinari, del 19 de desembre de 1265.
- C. Còpia de B de principis de s. XIV en el *Llibre Verd*, f. 3v-4.
- a. Ed. de la còpia C per Ferran VALLS I TABERNER, *loc. cit.*, p. 128-129 (doc. III).

A quals escriptures sia haüda fe. Item, de no donar alongament entre creadors e deutors.

Hoc est translatum fideliter sumptum quod sic incipit: «Hec est institutio ex novo promulgata quam ego Petrus, Dei gratia rex Aragonum, comes Barchinone et dominus Montispessulani, facio generaliter et specialiter in villa Gerunde ad utilitatem ipsius ville et tocium populi ibi morantis, consilio nobilium virorum et tocium curie mee, quod omnes scripture quascumque omnes habitantes villa Gerunde habent^a vel de cetero habuerint ab aliquibus personis, sicut scriptum inveniatur in publicis scripturis a publico scriptore meo firmatis, rate et firme semper habeantur et teneantur inter creditores et debitores, sive sint milites vel alii homines vel femine, et quod ego vel aliquis per me vel post me aliquo modo

nullum demus alongamentum sive spacium proalongandi inter creditores et debitores, nec etiam in pignoribus sive obligacionibus nullum demus solvimentum neque alongamentum inter impignoratōres et pignorum receptores nec aliquod ingenium factum sit ad dampnum eorum. Et si contra hoc aliquod scriptum vel preceptum a me sive a curia nostra veniret, nullum habeat valorem contra hanc institutionem, nec dicti probi homines teneantur michi in aliquod, set institutio ista firma et stabilis sive durabilis perpetuo maneat. Et mando et volo quod omnes mei vicarii sive baiuli ita imperpetuum sequantur et servent. Volo etiam quod in omnibus cartis que facte fuerunt in diebus Hermengaudi, publici scriptoris, in quibus ipse non subscripsit, Bernardus Stephani, publicus scriptor Gerunde, subscribat et sint eiusdem valoris quam si dictus Hermengaudus ibi subscripsisset. Item, precipio quod nullus sit ausus vendere vinum in villa Gerunda, nisi ipse qui sit stans ipsius civitatis vel tocium ville Gerunde.»

Actum est hoc nonas iunii, anno Domini M CC VI. /4/

Signum (*signe reial*), Petri, Dei gratia regis Aragonum, comitis Barchinone et domini Montispessulani, qui supradicta concedo.

Petrus, Ausonensis sacrista. Guillelmus, Ausonensis episcopus. Sig+num Guillelmi Durfortis. Sig+num Ugonis, comitis Impuriarum. Sig+num Guillelmi de Montecatano. Sig+num Gaufridi de Ruppebertino. Sig+num Dalmacii de Crexello. Sig+num Arnalli de Lercio. Sig+num Guillelmi de Crexello. Sig+num Arnalli^b de Rechesen. Sig+num Raimundi de Gerundella. Sig+num Raimundi de Palacio.

Ianuarius qui hoc scripsit cum litteris subscriptis in III^a et in IIII^a linea, die et anno quo supra. Bernardus Stephani levita et publicus scriptor Gerunde subscribo (*Signe*).

Arnallus de Sancto Martino qui hoc XIII kalendas ianuarii anno Domini M^oCC^oLX^o quinto^c fideliter translatavit mandato Bernardi de Vicco, publici Gerunde notario.

Ego Bernardus de Vicco, publicus Gerunde notarius et iudex ordinarius domini regis, qui hoc translatum cum autentico manifeste probavi, subscribo.^d

a. *Interlineat*, C. b. Arnaldi, a. c. Omès, C, restablert per B. d. *Al peu del foli, amb lletra d'època posterior*: Aquest privilegi es registrat en lo libra vert dels jurats en la cort de Gerona en XCVI carta, anno Domini millesimo CCCXVII^o, VII idus novembris, C.